XXVII.

DISSERTATIO DE VOTORUM PLURALITATE ET PARITATE,

PRÆSIDE

CAROLO OTTONE THYLLIO,
J. U. D. Sacri Imperialis Palatii Comite, Status Regiminis & Collegii Revisorii Electoralis Palatini Consiliario, nec non Curiæ Matrimonialis Directore atque Professore Jurium Primario, Juridicæque Facultatis p. t. Decano,

Pro Licentia defensa à

CASPARO ARNOLDO NACKE, Lastrupio-Westphalo.

HEIDELBERGÆ, 1726.

THESIS I.

VOtum à verbo: *Vovere* derivari, quod sanctè promittere denotat, pernotum; unde *vota facere*, *vota dissolvere*, *preces & vota*. Varia autem vocis hujus in Jure significatio, variusque ejus usus: sumuntur enim vota pro Nuptiis, *Quonam usque verendus cunctatur mea vota socer?* docentibus *L. 4. C. De sponsal l. C. 16. de Nupt. l. 4. & 10. C. De secund. nupt. Aliter* in Jure Canonico, *ostendente Tot. Tit. ✠ De voto & voti redemptione*. Quo vota eleemosynis redimi vel in aliud melius commutari, intercedente superioris auctoritate & justâ causâ redimendi, vel mutandi, dicuntur. Sic & alteri incolumitatem, prosperitatem devovemus. Hinc *Preces votivæ*, *Ludi votivi*. Cic. in Ver. Plin. Horat. in Epist. *Nunquam non* voluntatis nostræ declarationem in actu à pluribus expediendo, significat Votum, quæ acceptio hujus est loci propria. Cujus synonymum *suffragium* rectè audit, *innuent l. 32. ff. De LL.* verbis: *Namquid interest suffragio populus voluntatem suam*, &c. *L. 5. π. Quod cujuscunque univers. nomin.* verb. *Et patris suffragium filio proderit* & *filii patri*, identidem *L. 8. π.* de

de Muner. & honor. ibi: *Vel Creati suffragium in curiâ ferunt. Quò Tot. Tit. C. De suffragio respicit.* ibique Gothofr. *Id innuitur hac Constitutione*, ait, *suffragium in Aulâ unicuique eblandiri & peccuniâ elicere, & suffragium modò non sit fumosum, vendere permitti. Ideoque promissorem eo nomine teneri.*

II.

UNde ad oculum definitio voti patescit, hoc nimirum esse vocem & scitum, quo quis vel in Lege ferendâ, Magistratu mandando, Reo condemnando vel absolvendo, aliâque statuendâ re voluntatem suam denudat & indicat. Probant. Text. *L. 1. π. de Offic. Quæstor.* verb. *Sed populi suffragio crearent. L. 6. §. 1. π. de Decur.* verb. *Sed interim suffragium inter cœteros ferre non possunt. Pluralitas* plus ponderis habere creditur, quare & pro consilio alicujus collegii magis magis præsumitur; faciliùs enim invenitur, quod à pluribus quæritur, *Can. fin. Distinct. 20. ibidèmque Gloss. in verb. pluribus. Gail. 1. obs. 33. N. 3.* Cravett, *Cons. 201. n. 18. Paritas* supponit paritatem in gradu, ad paria aliàs Judicari nequeunt, pares quippe, qui non sunt gradu, illi nec possunt esse pares in jure vel facto, *C. 47. ✠ De Test.* inde parium eadem Juris dispositio. *Cap. 2. ✠ de transl. Episc.* Eadem natura *L. 44. π. Solut. matrim.* atque potentia *l. 1. §. 10. π. De acquir. vel amittend. posses. & l. 13. π. De duob. reis.*

III.

VOtorum Pluralitas & Paritas latissimè se extendit, & quas vis Jurium partes ferè contingit, sic frequentissimus eorum usus in Jure Privato & Publico, Civili & Ecclesiastico S. Canonico Judiciis Civilibus in specie dictis, nec non Compromissis & Criminalibus. Exceptis iis causis, ubi Votorum Unanimitas vel Uniformitas de Jure exigitur, ita, ut nec majora nec minora vota finem negotio imponere queant; cujus in Jure Civili notabilis species *in L. 2. ff. De S. P. R.* occurrit, ubi, iter in fundo communi per unius vel alterius cessionem constitui negatur; sed omnium fundum communem possidentium unanimis requiritur consensus: verb. *Ergo subtili ratione non aliter meum fiet jus, quàm NB. si omnes cedant*; ibique elegantur Gothofr. *in l. d.* Et *Dn. Brunneman. ibidem, Colligitur*, inaniens *etiam, ex h. l. Si tractetur de re communi pluribus ut singulis, omnium consensum requiri, & non præjudicare Cœteris Majorem partem.* De Cœtero conferantur *vindiciæ & Annotationes Nostræ ad Cl. Gail. 2. Obs. 66. n. 2.*

IV.

JUS Justinianeum multum votorum pluralitati in judiciis tribuit, si enim plures consentiant, parte judicantium minore dissentiente sententia plurium omninò obtinet, *ita dictant L. 36. & L. 39. π. de Re Jud.* quam Votorum Majoritatem suprema Imperii Tribunalia etiam sequuntur, Test *Ab Uffenbach Tr. de Excelsiss. Consil. Cæsareo- Imper. Cap. XVI. Sect. VI. Et Illustr. Dn. de Ludolph de Jure Camer. p. 283. Sententiam, inquit, format Referens, qui Primus reddit suum votum, sequuntur reliqui, & concluditur secundùm Votorum consentientium numerum Majorem.* Quod & in Compromissis valere indubium, ubi Laudo eorum, qui numero vincunt in contrariam sententiam abeuntes, statur, evincent. *L. 27. §. 3. π. de Recept. qui arbitr.* Idem in tutelis tenendum, si enim non erit à testatore electus tutor aut gerere nollet, tum is gerat, *deciditur in l. 3. §. 7. π. de Administ. & pericul. tutor: cui major pars tutorum tutelam decreverit*; parili modo major pars senatus Syndicum constituit, *innuent. l. 3. l. 6. §. 1. π. de decret. ab ordin. fac.* vel aliud quid expedire intendit, *juxta l. 19. π. ad municip.* Non aliter etiam Familiæ Erciscundæ Judicium procedit, si enim omnes iisdem ex partibus sint instituti hæredes, nec inter eos, apud quem potiùs esse debeant res hæreditariæ, sortiri eos oportet, aut ex consensu vel suffragio, apud quem deponantur, eligendus est amicus, *decident. l. 5. ff. Famil. Herciscc.*

V.

VErùm enim verò, quemadmodum circumstantiarum minima decisionem rei mutat, ita & hîc eam in calculo sententiæ ferendæ probè attendendam judico, falleréque hinc omninò plurium Vota Majora, ubi communi juri contraria deprehenduntur, pietati, saluti, tranquilitati repugnantia, contraque bonos mores procedentia, & Privilegium aut jus innocentis tertii intervertentia. Consimili ratione Vota deficiunt Majora, & neutiquam talia prædicari queunt, si omnes ad actum ferendi vota sive in Publicis *L. 2. Cod. de Decur. sive Privatorum causis l. 4. C. Quand. provoc. non est necess.* verb. *Cum Magistratus datos judices & unum ex his pronunciâsse proponas, non videtur appellandi necessitas fuisse, cùm sententia Jure non teneat.* legitimè non sint vocati; quod & in Compromissis obtinere extra omnem pugnam ponit, *L. 17. §. fin. ff. de Recept. qui arbitr.* verb *Quia in plures fuit compromissum & potuit præsentia ejus trahere eos in ejus sententiam.* Et addit ICtus Pomponius *in l. seq. 18. Sicuti tribus judicibus datis quod duo ex consensu, absente tertio, judicaverunt,*

verunt, nihil valet, quia id demum, quod major pars omnium Judicavit ratum est, cùm & omnes judicasse palam est. A quo Canonicum Jus *in Cap. 2. De Arbitris in 6.* recedit, sufficere, statuens, duos ex tribus arbitris Electis tertio examinando vel definiendo negotio malitiosè interesse nolente, in unam sententiam, concordare posse, sicut possent, illo præsente.

VI.

PAritatem votorum, quod attinet, difficiliùs nunquam non, hîc, quàm si Majora sint Vota, proceditur, ostendent. *l. 11. §. 6. ff. de Recept. qui arb.* præsertim ubi pares sunt numero judicantes vel arbitrantes. Attamen diversimodè istiusmodi Vota vel ut Decisoria: vel Electitia: aut Consultatoria: & Deliberatoria consideranda esse, existimamus. In Compromissis paria intervenientia vota totum actum quidem irritare, sed ei per Electionem Tertii cujus auctoritati parendum, remedium quæris, JCtus Ulpianus suadet: sed usitatum est, ait, in supra *d. l. 17. §. 6.* etiam in duos compromitti, & debet Prætor cogere arbitros, si non consentiant tertiam certam eligere personam, cujus auctoritati pareatur; Aliud dicendum, quando duo vel plures ratione *quantitatis* vel *numeri* paria ferunt vota, ut in specie *l. 37. §. 3. ff. de Recept. qui arb.* si ex tribus arbitris unus quindecim, alius decem, tertius quinque condemnent. Ubi Julianus scribit, quinque debere præstari, quia in hanc summam omnes consenserunt. Minor summa enim majori inest, *l. 9. §. 3. ff. de hæred. instit. l 110. ff. de Reg. Jur.* ibique *B. Holterman*, ubi ex Gothofr. compluscula eaque diversissimi generis Exempla ut in implendâ conditione *l. 3. §. 6. ff. De statu lib. l. 1. §. 18. ff. De aquâ quotid.* in usu servitutis: in ademtione legatorum *l. 3. §. 5. ff. de adimend. legat.* in Jurejurando in litem. *l. 9. ff. de in litem Jur.* in fidejussione, *l. 8. §. 7. ff. de Fidejus.* in locato *l. 52. in fin. ff. Locati conducti.* in constituto *l. 11. §. 1. de constit. pec.* in pactis de non petendo *l. 27. §. 5. ff. de pact.* in stipulationibus *l. 1. §. 4. ff. de V. O.* affert in quibus variis Juris Articulis in diversitate opinionum excessus nec negotium reddit inutile, nec alius juri præjudicat, cùm & in istis Casibus dicta decidendi Ratio, nimirum Minus Majori inesse, æquè concludat.

VII.

IN judiciis, ubi paria feruntur vota decisoria, causas: numne illæ favorabiles: vel aliæ sint: attendi debere, puta in illis pro favore libertatis statuendum text. *l. 38. pr. ff. de Re Jud.* cui accedit *l. 122. ff. de R. I.* innuunt; idem & in ultimarum voluntatum causis, ubi & publicè expedire ait JCtus

Paulus in *l. 5. ff. Testament. quemadmod. apperiantur.* suprema hominum judicia exitum habere; Et humanius esse pronunciat JCtus Marcellus *in l. 10. pr. ff. de Inoffic. testament.* sequi ejus partis sententiam, quæ secundùm testamentum spectavit. Quâ in Classe Matrimonii & Dotis res continentur; in quibus etiam ambiguis Paulus in *l. 70. ff. de Jure dot.* Et *l. 85. ff. de R. J.* pro dotibus respondendum, melius judicat, hoc est *æquius*, oppositè, ad quamcunque aliam interpretationem; quo & ipso singulare dotis indicatur privilegium, contra rationis tenorem *utilitate* & *æquitate* subnixum. Dotium causa enim *semper* i. e. in dubiis; & *ubique* præcipua est; exprimente *l. 1. ff. Solut. matrimon. Ibique Gothofr.* & hisce accensentur Ecclesia & Fiscus. Idem quoque de Reo Juris dicendum, *præd. text. l. 38.* disertè statuit, Verb. *In aliis autem causis pro Reo.* favorabiliores quippe partes Rei quàm Actoris *l 125. ff. de R. I.* facilior hinc Judex in absolvendo quàm in condemnando *l. 47 ff. de O. & A.* hocque non tantùm in negotiis Civilibus sed & Criminalibus, semper enim, dictant. *l. 56. & l. 155. ff. de R. I.* benigniora præferenda sunt, servari, verba sequentia in hoc ipso textu: *Quod in Judiciis Publicis obtinere oportet*, inculcant. In Criminalibus Causis enim, nisi luce meridianâ clariores probationes redditæ, Reus est liberandus. *l. fin. C. de probat.* si pares sint sententiæ, absolvendus itidem venit Reus. Eleganter hac de re Paulus *4. sent. 12. §. 5. Inter pares sententias clementior severiori præfertur; & certè humanæ rationis est, favere miserioribus, & propè innocentes dicere, quos absolutè nocentes pronunciare non possumus.* Præclarè in hanc rem H. Grotius *de J. B. & P. Lib. II. Cap. V. §. 18. in Senecæ controversiâ quadam est*, ait, *Alter Judex damnat, Alter absolvit: inter dispares sententias mitior vincat; nam sic & in dialecticis collectionibus illatio eam partem sequitur quæ minùs onerat. Si diversis summis condemnent Judices, minimam spectandam esse, sententia JCti Juliani (Julianus scribit) probat.* V. Gr. Tres Judices pendere Jubent XX. Tres X. Tres Nihil. sententia vincet in X. quæ XX. insunt. Et vix quicquam in Jure Romano frequentius, quàm in dubiis benigniora præferri, probant. tot & tot textt. *l. 7. §. 1. ff. de Restit. integr. l. 27. §. 3. ff. de Rec. de arb. multisque aliis. quos inter singulares l. 8. ff. de Pact. l. 66. ff. de Judic. l. 38. l. 40. ff. de R. V. l. 40. ff. de Eo quod cert. loc.* ibi Judex secundùm Gothofr. interdum actioni inservit, interdum eam excedit, interdum minuit, quippe æquitatem ante oculos habere debet Judex. Ne hili in contrarium faciente *l. 28. ff. Eod.* ubi Modestinus utramque, *parem* sc. sententiam in pendenti esse, respondit; cùm hic textus de Judice pedaneo, probantibus ipsius verbis: *donec competens Judex*, id est: is, qui delegavit, unam earum confirmaverit; ille verò de superiori Judice agat; Et hisce, quantum ad Votorum pari-

paritatem, calculum suum adjicit Gregorius IX. *in Cap. ult.* ⁂ *De sentent. & re Judic. Duobus Judicibus diversas sententias proferentibus*, inquit, *si ex jurisdictione ordinariâ processerunt, tenet pro Reo, non pro Actore sententia, nisi in causâ favorabili, puta: matrimonio, libertate, dote, sive testamento pro ipso fuerit promulgata: si verò ex delegatâ potestate, utraque pendet sententia ex arbitrio delegantis*: Atque hæc omnia, omninò fieri posse Justitiâ adstipulante, cùm in favorabilibus aliàs causis ne quidem contra illam favor, monent. *Cap. II.* ⁂ *de foro competent. & Cap. 6.* ⁂ *De Donat. inter virum & uxorem, & de dote post divortium restituendâ.* concedendus sit, haud addubitamus. Sin alia non in specie sive singulariter favorabilis sit causa: paribus in probatione existentibus, pro possessore pronunciandum esse Judicant. Possessor enim, ab eodem causam habens in titulo præfertur priori *l. 9. §. 4. ff. de public. in rem act.* horsúmque spectat *famosa ista l. 15. quotiens C. de R. V. ibique præclarè Brunnemann.* transfertque possessio probandi onus in Adversarium docente *l. 15. C. de probat.* quin & tanti illam esse, ut Possessor, nullo etiam confirmante Teste pro Domino habeatur, probat *l. 2. §. 21. ff. pro empt.* videat & addat. *Dn. Lauterbach ad ff. Tit. de Acquir. vel amittend. possess. in Effect.* sed quid circa sententias *totis rebus* differentes? verbi causâ: Tres Judices Reum morte puniunt. Tres qui relegant. Sententiæ non veniunt conjungendæ. Non enim in morte est relegatio. Sed nec Trium absolventium vota cum relegantium conjungenda, quia non illud ipsum est, quod sententia dicit, sed per consequentiam inde elicitur; Et semper verum, Eum, qui relegat, non absolvere. Vel sententias illas planè inter se esse diversas. Sed conjungendas tamen, illas non nunquam esse in eo, in quo conveniunt, Ideoque Senatores dividere sententiam suam plura simul complectentem Juberi ex Plinio & Aristotele Aliisque deducit celebratus Grot. *d. l. §. 19. & 22.* cui jungatur omninò Puffendorff. *de Jure Naturæ, & Gentium Libr. VII. Cap. II. §. 18.* Verùm hîc tenendum, proposita locum in Civitatibus Liberis, ubi Senatores ejusdem Dignitatis & potestatis, non verò sub Rege & Principe, ex cujus voto controversiæ decisio dependet, obtinere. ubi Curtius VII. *S. Variantibus sententiis, se ipsum consideraturum, quod optimum factu esset, respondit.*

VIII.

QUid verò dicendum de votis electitiis, consultatoris, & id genus aliis paribus? tentatâ & repetitâ licet horum collatione, perpensoque rationum pondere, & tamen non secutâ unanimitate vel majoritate, sententia debet ferri pro Possessore Carpzov. *Dec. Illustr. 82.* prospicique, ne alteri inferatur

feratur injuria, quamvis ſubinde tertio emolumentum accreſcat; magisque illa ſententia eligenda, quæ ab æquitate & benignitate ſe commendat, quæque impendens malum imminénsque periculum præcavet & avertit. Quin & per aſſumptionem alicujus tertii, cui aliàs votum non competit, *arg. l. 5. ff. fam. Erciſc.* verſu: *Aut ex conſenſu vel ſuffragio eligendus eſt Amicus, &c. & l. ult. Cod. Commun. de Legat. & Fideicommiſs.* verb. *An aliquod ei indicatur adjutorium, ut Viri boni arbitratu procedat electio*, aut prudens conſilium etiam, vel ſortem decidi rem poſſe *§. 23. Inſt. de Legat.* verb. *Fortunam eſſe hujus optionis Judicem l. 24. §. 17. ff. de Fideicommiſſ. Libertat.* verb. *Aut ſortiri eos oportebit.* dubitare haud Jura ſinunt.

IX.

PRæterea votorum pluralitas in Electione, quæ triplici modo, per *Scrutinium, compromiſſum, & inſpirationem* peragitur, obtinet; Illa cùm tres fide digni, præſentibus iis, quibus ſuffragandi Jus competit, ſuffragia arcanè explorantes in ſcripturam redigentes aſſumuntur; iſta: quando poteſtas eligendi in unum vel plures idoneos confertur, *Cap. 8. ✠ de Elect. & Electi poteſt:* hæc, cùm, præcedente nullâ conſultatione omnes & ſinguli in unum ſimul conſentiunt. *Cap. 42. ✠ d. Tit.* Prælatorum, imò & ipſius Pontificis, maximè, ea quæ per ſcrutinium vel compromiſſum, fit, ſingulariter attenditur; per Majora enim concludi, *Tot. Tit. ✠ de his quæ fiunt à major. part. & Cap. XLII. ✠ de Elect. & Elect. poteſt.* probatum reddunt, verbis: *Ut is collatione habitâ eligatur, in quem omnes, vel major & ſanior pars Capituli conſentit, vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus Viris idoneis committatur, qui vice omnium Eccleſiæ viduatæ provideant de Paſtore.* Sanior illa pars, Eligendi integritatem, merita, Zelum, & id genus virtutes præſtantiſſimas alias, ante omnia reſpicit. Quæ majora illa vota omninò concomitari, oportet; aliàs minora, ut ſaniora, majoribus iſtis Jure præferuntur; Vincunt autem eligentium absque ulla præſtantia vota, ſi horum pars duplò major ſit: probant. *Cap. 9. ✠ de Elect. & Elect. poteſt.* Sic & Electus in Romanum Pontificem à duabus Partibus Cardinalium, nullâ exceptione obſtante, eſt Papa. Electus autem à minori numero gerens ſe pro Papâ, incidit unà cum ſibi adhærentibus in pœnas in *Cap. 6. ✠ de Election. & Elect. Poteſt.* Sancitas, quantùm ad votorum paritatem attinet, idem ferè Jura Canonica, quod Civilia, ſtatuunt, edocent. *Cap. ult. de Arbit. in 6. & Cap ult. ✠ de Elect. & Elect. poteſt. nec non Cap. ult. ✠ de ſentent. & re iudicat.*

X.

X.

Sic & *votorum pluralitas* itémque *paritas* longissimum usum in Jure nostro Romano-Germanico publico habet, latissiméque sese exserit & diffundit. *primò* enim in Imperatore per primarios Regni Officiales, die Aertz-Aempter post interregnum solos, probant: Exemplo Rudolphi I. à solo Palatino, scilicet, Ludovico Severo, cui tanquam Arbitro Reliqui Archi-Principes in Electione discordes vota detulerant. Et Alberti I. ab iisdem solis solenniter creati, Lehman: *Chron. Spirens. Lib. VI. cap. 104. & Libr. VII. cap. 1.* hodie legitimè per Moguntinum vocatos, disponent. Ita *A. B. Tit. 1. & 2. nec non seqq. spec. Suev. P. I. Cap. XXII. & XXIX.* à quo non abludit Jus Canonicum innuent. *Cap. 34. ✠ de Elect. & Elect. potest.* Non aliter tamen, quàm in Collegio, non ut singulos, ceu aliquoties per turbas ante Carolum IV. extra congregationem, imò ante Interregnum Magnum præsente & approbante Populo Coccej. *Prud Jur. Publ. Cap. VIII.* §. 2. verb. *Cum singulis competat, sed ut membris totius Augusti Collegii*; sed ut universos, licèt quisque suffragium sive votum suum, ut singuli totum habeant, Obrecht. *de Election. Imp. Rom. German.* §. 17. Strauch. *Dissert. Exot. II.* §. 2. Eligendo novo, concludit Major non eligentium sed Collegii pars: Electio enim non ad singulos, sed tanquam ad Collegium spectat. Quare & Moguntinus in præliminari, antequam in Conclavi suffragia ferantur, monere Collegas solet, casu, quo discordes Electorum sententiæ, Eum pro legitimo Rege iri habitum, in quem major Pars esset Consensura, probant: *A B. Cap. 2. §. fin.* idque naturali æquitati consentaneum, veterum testimoniis firmat H. Grot. *de J. B. & P. dict. Libr. II. Cap. V.* §. 17. Aliàs si tres in uno conveniant, reliqui omnes diversum, vel unum quisque vel duo unum designent, nil confici, certum. Conferat. præterea *Specim. primum Spicilegiorum nostrorum in Cl. Cocceji Juris Publici Prudent. Thes. 8.* Temporibus antiquis solennis tantùm declaratio sive inauguratio pro Electione fiebat, quâ nimirum Officiales Imperii, necdum Electores, saltem non unici, quamvis præcipui ex eligentibus Jungebantur, sicut in Ottonis I. Constitutione contigit, unde paulatim inde factum, ut Electionis vim ad se pertraherent Officiales; Fridericus II. enim ab omnibus adhuc electus, Officiales etiam si Electionem proclamarent, *ex prætaxatione Principum* elegisse, dicebantur. Verùm, post hujus Friderici II. tempora (non ab Ottonis III. ut vulgò perperàm creditum) Officialium usu, & Principum reliquorum conniventiâ invaluit, ut temporis successu Electoribus, id honoris relinqueretur, ut ut ferè ad Carolum IV. usque in unius alteri-

teriúsve Imperatoris Electione Reliquorum Principum Aliqui intervenerint. De quo antiquissimo Germaniæ more conspicuus valdè apud Cl. Coccej. locus in laudat: Tractatu *Cap. XIV. de Juribus Archi-Officiorum inscripto*, ubi §. *1. 2. 3. 4. & 6.* hanc rem ex antiquissimis Scriptorum monumentis pro argumenti dignitate ex asse deducit.

XI.

TArdè nimis adveniens legitimè tamen vocatus Elector, in statu, in quo nunc res est, admittitur; pauci quoque præsentes aliis à loco electionis, nondum Rege electo, discedentibus nullum procuratorem legitimum solenniter sibi substituentibus, sicque voti sui Jacturam spontè facientibus, *sanciente A. B. Tit. I. §. 23.* quamvis eligere vellent, prout possent, consultum tamen fore dicunt, ut ab electione abstineant, ne imperium turbis involveretur, tradunt: Buxtorff *ad A. B. Th. 25.* Rumel. ad Eand. Dissert. III. Th. 10. Aliique; Quid verò si paria sint eligentium vota? Itidem nihil actum censeri, ratio loquitur ipsa, quare Electio de novo inchoanda, totiésque repetenda est, donec aut unanimia, aut Majora inde resultent Cl. Coccej. *alleg. Tr. Cap. VIII. §. 11.* nisi Electus votis accedat sibi datis, ut de Imperatore Sigismundo tanquam Electore Brandenburgico ad Comitia vocato, (de quo B. Coccej. *Tr. sæpè celebrato Cap. III. Sect. V. §. 73. 74.* videndus) dignitatiique Regiæ gratiâ primò sententiam de nominando Cæsare rogato, se ipsum nominante, sive votum sibi ipsi dante Vitriar. *Lib. I. Cap. VI. §. 15.* testatur; sic & Rupertum Palatinum, semet ipsum elegisse, idémque de Maximiliano II. Rudolpho II. & Mathiâ, nec non Ferdinando II. Ferdinando III. Ferdinando IV. Leopold. I. Josepho I. & gloriosissimè auspicatissiméque nunc Rerum Potiente Carolo VI. asserunt; ferúntque illos Regiâ dignitate ornatos mit aller einmüthigen Stimmen. addat. Pfeffinger *ad allegat.* locum, & *Vitrar. Lit. C. & D.* etiamsi per majora electio facta; Etenim verba: Einhellig, Einmüthiglich erkoren, und erwehlet non obstantibus Rec. Imp. de Anno 1613. & 1641. ita accipi, vel cùm omnes unanimiter consentiant, vel eum in sensum addi, ubi major pars Electorum in Electionem condescendat haud inconveniens. quod & conclusum Imperii Statuum de dato Francofurt die 8. Aug. 1338. apud Lehnmann. Chronic. Spirens. *Libr. VII. Cap. XVII.* satis supérque probat: Hierumb so setzen und ordnen Wir, durch Ein sonderbahr Gesätz, so in Ewigkeit bleiben soll, welcher aus einhelliger Wahl der Churfürsten, oder von Mehrertheil erwehlt ist, daß derselb allein aus Krafft der Wahl von allermänniglich vor einen Rechtmäßigen Kayser gehalten, auch Ihme

alle

alle des Reichs Unterthane schuldigen Gehorsamb erweisen sollen, ꝛc. ꝛc. prout Exemplum Caroli V. etiam id declarat, qui, Electore Trevirense non consentiente, sed Franciscum Galliarum Regem nominante, nihilominus à Cœteris Coëlectoribus unanimiter electus prædicatur: disponente ita A. B. *Tit.* §. *5.* cùm par in hoc ratio sit, majora sc. concludant, minoraque vincant, conferant. DD. ad *Cap. 23.* ✠ *de Elect. & Elect. potest.*

XII.

SEcundò Vororum pluralitatem in Comitiis Universalibus, in Reichs-Tägen, ubi de communibus totius Imperii causis Consultatio inter tria Statuum Collegia, in quæ Imperii Pròceres dividuntur, putà: Electorum, Principum Ecclesiasticorum, ut & Abbatum & Prælatorum, dignitate Principali non fulgentium, & Sæcularium cum Comitibus & Baronibus; nec non Civitatum, instituitur attendi, Recess. Imperii *de Anno 1512.* verba disserta satiùs evincunt, §. Es sollen auch ibi: so sollen die andern, die erscheinen werden, nichts desto minder in Sachen, darumb sie erfordert seynd, fürgehen, und was dieselbe, so erschienen seynd, oder NB. der mehre Theil, aus ihnen auf die Pflicht derhalben abgericht, ꝛc. dem soll von allen Ständen gefolget, nachkommen, und vollstrecket werden. Hac differentiâ tamen observatâ: quòd Electores & Principes *viritim*, cœteri verò per Scamna, *curiatim*, nempe vota sua pronuncient; eleganter hæc exponente Coccej. *Juris Public. Prudent. Cap. XX.* § *15. & seqq.* & tradente Autore der Grund-Vesten P. *II. Cap. V. & Cap.* vid. ibid. *p. m. 143.* Extract. Erklährung der E. Frey- und Reichs-Städte Gesanden über die den *23. Septemb. 1653.* gehaltene Re- und Correlation, versu: also wenig werden die Stätte per omnia & in omnibus denen höheren Ständten gleich zu halten, noch einzubilden seyn, ob sie gleich auch ihr votum decisivum, wie andere Ständte, auszuüben begehren, dieweil sie doch alle vota decisiva & curiata seyn, also einen Effect auch haben sollen; Egregiè laxiùs hæc deducente & probante H. Grotio *de I. B. & P. Lib. II. Cap. V.* §. *17. 18. 19. & 20.* in omnibus Curiis & Collegiis publicis consensu & Jure majoris partis deciditur, proinde nec Universo Statuum Corpore minoris Partis Ratio habenda; Imperii Status ipsi autem inter se per modum *Pacti:* Cives per modum *Legis* obligari dicuntur, quod utrumque à lege naturæ est; Verùm in computatione partis votorum Imperii Statuum majoris non ad Imperatorem, sed ad prædicta Procerum & Populi Collegia solùm respiciendum esse, ità ut Collegiis illis illustrissimis inter se contendentibus Imperatorem nequidem ex plenitudine po-

testatis aliquid decidere posse, etsi unum Collegiorum accesserit deducit Autor der Grund-Veste *P. II. Cap. VIII.* Myler ab Ehrenbach. *de Stat. Imperii Cap. XV.* §. *28. & 29.* Wehner: *Obs. Pract. voc.* Reichs-Täg, Multique alii. idque Statibus quóque reservatum fuisse, probat *R. I. de Anno 1545.* §. *18.* secús si duobus Collegiis, sive Electorali & Principum, sive horum uno & Civitatum, cùm hæc tria Statuum Imperii Collegia inter se exæquentur & parificentur, consentientibus tanquam concluso communi Reichs-Bedencken sive Reichs-Gutachten, Imperatoris accedat approbatio; & dicitur tunc Reichs-Schluß à quo utroque singulorum Collegiorum Conclusa Chur-Fürstliche, Fürstliche, Stättische-Schlüsse distinguuntur, adeò, ut si Statuum Collegia inter se cum Imperatore, minimùm quoad majorem partem, non conveniant, nihil decidatur, Instr. Pac. Westphal. *Art. VIII.* §. *gaudeant 2. ibique Henniges in Meditation.* Majoritas vel Pluralitas illa votorum in Conventibus Deputatorum, Deputations-Tägen non minùs ac in Universalibus, valitura est, *dictant Recess. Imp. de Anno 1576.* §. da dann die Sachen, ibi: alsdann soll das alles in gesambten gemeinen Rath, auch in Beyseyn unserer Kayserlichen Commissarien verrichtet, decidiret, und beym mehreren gelassen werden. Et Recess. Imper. *de Anno 1654.* §. *191.* den zweyten Puncten Unser Kayserlichen Proposition &c. Versu: Fals aber dieselbe auf nechsten Reichs-Tag außgestellt und verwiesen werden, und circa modum das Chur-Mayntzische Reichs-Directorium die allbereits bey demselben zu Nürnberg oder hie eingegebene, oder noch hinführo einkommende casus specificiren, und dieselbe per Ordinari Reichs-Deputation communiciren, von welcher alsdann de ordine ein gewisses statuiret werden soll; und NB. in Causis Politicis die Majora, doch weiter nicht, als dem Instrumento pacis gemäß gelten, ꝛc. de quo Pac. Osnabrug. *Art. V.* §. *51.* satis clarè disponitur, ibique largè B Henniges in Meditation. præterea addat. Coccej. *d. tr. Cap. XX.* §. *5. usque ad* §. *8.* In Regimento Majora olim prævaluêre etiam Vota ostendit des H. Römischen Reichs Regiments-Ordnung zu Wormbs *de Anno 1521.* §. würde sich auch. ibi: und so die Sachen also vortreffentlich währen, die keinen Verzug leyden, mögten Stadthalter und Regiment, auch Chur-Fürsten und Fürsten in denen Sachen procediren, und dem, so durch den mehren Theil beschlossen wird, folge thun; Item Reichs-Abschiedt zu Eßlingen *de Anno 1526. in pr.* ibi: So durch den mehren Theil beschlossen wird, folge thun. Ad hæc Jungantur ea, quæ in Commentatione ad Capitulationem Augustissimi Imperatoris Caroli VI. *Artic. V.* adduximus.

XIII.

XIII.

IDem ferendus calculus de negotiis in Conventibus Electoralibus bey Chur-Fürsten-Tägen, Imperii salutem respicientibus etiam propriis deliberandis & decidendis, de quibus *A. B. Tit. XII.* & prætet alia Cap. Carol. VI. *Artic. 4. §. 3. & Artic. 3. §. 4.* agunt, quò tendit derer Chur-Fürsten Brüderliche Vereinigung unio ista Electoralis Generalis de Anno 1438. sub Imperio Friderici III. Anno 1502. Gelnhusæ renovata, & à Maximiliano I confirmata, itemque Wormatiæ Anno 1521. repetita, quæ ad duo jam adducta Instrumenta, Brieffe, se expressè refert, in quâ inter alia continetur, quod si Elector Electorem conventurus sit, & speciales Austregæ aliæ cessent, id coram Reliquis Electoribus fieri, & ab horum sententiâ appellari non posse, debeat, addat. B. Mauritius *ad Capitulat. Leopoldin. Art. VI.* plura capita istius unionis recensens; Jungaturque Illustr. B. de Lyncker Commentatio *in Capitulat. Josephin. Art. VI.* ubi & de unione Electorum IV. Rhenanorum speciali Vesaliæ ad Rhenum Anno 1519. tempore Interregni post Maximilianum I. conditâ, ad mutuam defensionem, & bonorum terrarúmque & vectigalium conservationem tendente, agit.

XIV.

PArili ratione in Conventibus Circularibus: in denen Creyß-Tägen, quando vel omnium Circulorum Duces, vel eorum aliquot, vel unus tantùm cum membris de negotiis quibusdam v. g. de monetâ, aut de re bellicâ von Creyß-Verfassungen deliberantes congrediuntur, Majora superare Minora vota omnium instar constituit & sancit *R. J. de Anno 1654. §. 183.* in Kriegs-Handlungen sollen über die in der Executions-Ordnung enthaltene, und dahin gehörige Verfassungs-Sachen jederzeit die Majora statt haben, und die mindere Stimmen denen Mehreren nachzugeben, verbunden seyn. Quod in Expeditionibus Bellicis quoque obtinere expeditum, cum Duci Belli, Consiliarii adjungantur Bellici, dictant. *Recess. Imp. de Anno 1542.* §. und diesem Obristen Haubtman seynd zehen Kriegs-Räthe zugeordnet, welche aus denen zehen Creysen des Reichs erwehlet und geschicket sollen werden, also daß ein jeder Creyß einen Geschickten, und der Kriege erfahrnen Mann, nach seyn des Creyß Gefallen, erkiesen und schicken soll und mag. Und seynd nemblich die zehen Creyße: der Chur-Fürsten bey Rhein Creyß, item, der Fränckisch, Bayerisch, Oesterreichisch, Schwäbisch,

bisch, Niederländisch, und Westphälisch, Ober-Sächsisch, Nieder-Sächsisch, und Burgundisch Creyß; und diese der zehen Creyß verordnete Kriegs-Räthe (welche denen Reichs-Ständen verpflichtet seynd, und was einhelliglich oder mit dem mehrerem Hauff, beschlossen würde, dasselbig helffen vollziehen, und darinn dem Obristen Feld-Hauptmann gebührenden Gehorsamb leisten sollen) auch andere erfahrne Kriegs-Leuth, mag und soll der Obrist-Hauptman jederzeit zu ihme forderen, und nach Gelegenheit der Zeit und Läufften rathschlagen, und handlen.

XV.

PRæteràà advertendum, etiam in *Communicatis* quæ Imperatori & Electoribus communia, Majora concludere Vota, ut olim in Feudis Majoribus, die etwas merckliches ertragen, Imperio apertis de novo conferendis, de quibus verò longè aliter nunc disponens Capitul. Novisſ. Car. VI. *Art. XI.* Verſu: wann auch ins künfftige Lehen dem Reich durch Todts-Fälle, ꝛc. ꝛc. Item in bonis Imperii alienandis & oppignorandis, similiter *laudat Capitul. Art. X.* abinde recndens probè attendenda: Verbis: weiters und insonderheit sollen und wöllen wir dem Heil. Römischen Reich und dessen Zubehörungen, nicht allein ohne Wissen, Willen und Zulassen der Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen sämptlich nichts begeben, verschreiben, verpfänden, versetzen, noch in andere wege veräusseren, oder beschweren, sondern uns dessen ꝛc. enthalten ꝛc. sic & in concedendo Regali Monetæ, considerentur itidem hîc ea, quæ in Capitul. Novisſ. Car. VI. *Art. IX.* notabiliter provisa, Verbis: Wir sollen und wollen auch, NB. hinführo ohne Vorwissen, und absonderliche Einwilligung, der Churfürsten, und NB. Vernehmung, auch billiger Beobachtung desjenigen Crayses Bedenckens, darin der neue Müntz-Stand gesessen, niemand wes Standts oder Wesens der seye, mit Müntz-Freyheiten, oder Müntz-Stätten begaben und begnädigen, ꝛc. Item Verbis: massen dann wir auch den mittelbahren Ständen mit dergleichen und andern höheren Privilegien, ohne Einwilligung der Chur-Fürsten, und Vernehmung, auch billiger Beobachtung, selbigen Crayses Bedenckens, als obgedacht und der mit interessirten viel weniger zu derselben Abbruch nicht willfahren wollen; Cui consequens, hujus modi Regale Juri Territoriali haud connexum, sed ejusdem, cujus Jus stapulæ & vectigalium, quæ *tunc* non nisi unanimi Electorum, *nunc* quoqe aliorum Interessatorum consensu, & quidem Privilegiario aut alio beneficiario modo conceduntur, indolis esse; Conferatur

desuper

desuper Commentatio nostra in dictum *Artic. Carolinum IX.* ubi simul memoratum, verba istius *Articuli IX.* und Vernehmung desjenigen Creyßes Bedenckens, darin der neue Müntz-Stand gesessen, in Anterioribus Imperatoriis Capitulationibus, in speciéque Josephinâ, Statuum monitis haud attentis, omissa, ibi noviter inserta esse.

XVI.

FAllere autem illam Regulam, VEL Majora non valere Vota, ubi negotium subjectum non omnes simul *æqualiter* contingit; & non ab omnibus communi nomine expeditur; sed quando Statibus peculiaria sunt usu ac legibus quæsita Jura, in quæ cœteris Constantibus Jus nullum est, cujus Exemplum exhibet Henniges *in Meditat. ad Instrum. Pac. Westv. Mantiss. I. ad Specimen V.* ipsa ratio infert; Et cessat præterea. (1.) Votorum pluralitas in Causis Religionis sive directè, sive indirectè talibus, disertè ita præcavet *Instrum. Pac. Westval. Art. V. §. 9. Pluralitas autem votorum in Causis Religionem sive directè sive indirectè concernentibus nequaquam attendatur, &c.* (2) Ubi causæ Singulorum diversæ Religionis Statuum sive prophanæ sive Ecclesiasticæ coram summis Imperii Tribunalibus in disceptationem veniunt, ita disponente dicti Articuli V. §. 56. Consequenter (3.) Status tanquàm unum Corpus, Juxta §. 52. allegati Articuli V. Instrum. Pac. Westval. considerati nequeunt, conferat. desuper omninò Henniges *in Laudat. suis Meditat. ad præfatos §§os. 9. 52. & 56.* & addatur Illustr. Dn. de Ludolph Tr. de Jure Camerali *pag. 19. & Appendic. III.* ubi de Recursu partium ad Comitia à Judiciis Imperialibus supremis ex professo agitur. (4.) In Collectis & contributionibus edocente *alleg. §. 52. quod verò ad pluralitatem Votorum in materiâ Collectarum attinet, cùm res hæc in præsenti congressu decidi non potuerit*, Rationes pro & contra adducit Henniges *in d. Tr.* ad præmemoratum §. 52. lugantar tamen hic omninò Cl. Coccejus *dict. Tract. & loc. §. 41.* & Burgold *ad Instrum. Pac. Westv. Part. III. Discuss. X. §. 3.* ubi refert, quod, cùm in Comitiis Anno 1641. habitis, duo superiora Collegia Electorum & Principum ad centum viginti Collectas (vulgò die Römer Monate sententiam suam dirigerent, Civitatum Curia per se restiterit, nec induci potuerit, ut ultra 60. promitterent itaque Comitia fuerit rupta (5.) in fœderibus pangendis, instar omnium videatur Capitul. Novissima Caroli VI. Art. 6. wir sollen und wöllen auch vor uns selbst als erwehlter Römischer Kayser in des Reichs-Händeln keine Bündniß oder Einigung mit anderen inn- oder ausserhalb des Reichs machen, wir haben dann zuvorhero der Chur-Fürsten,

Fürsten und Ständen Bewilligung auf einen Reichs-Tag hierzu erlanget, 2c. 2c. Et dicunt, in hoc præcipuam Germaniæ libertatem esse positam, quæ Analogam Statuum Majestatem, vel superioritatem territorialem supponit arguitque; quorsum etiam tendit Constitutio Imperii in Comitiis Wormatiensibus Anno 1495. sub Imperat. Maximiliano I. condita §. Notatu dignissimo: die Königliche Majestæt ibi: auch sollen wir und unser liebere Sohn Ertz-Hertzog Philipps, auch unsere Chur-Fürsten, Fürsten und Ständte des Reichs, ohne Wissen und Willen jährlicher Versamblung kein Krieg oder Währd anfangen noch einige Bündnüß oder Einigung mit frembden Nationen oder Gewalten machen, die dem Reich zu Schaden, Nachtheil oder zuwieder seyn möchte. Ad hæc conferantur ea, quæ ad præalleg. Art. VI. Carolin. sigillatimque in Verba: Wir haben dann zu vorhero der Chur-Fürsten, 2c. 2c. de Fœderibus istius modi, nomine Imperii faciendis adduximus sc. ab omnibus Imperii Statibus desuper deliberandum in Comitiis, sed inevitabilem necessitatem tam exceptam esse, ceu Decretum istud Commissoriale Cæsareum per Electorem Moguntinum ut Imperii Archi-Cancellarium Augustæ Vindelicorum die 24. Martii Anno 1714. occasione Pacis Radstadiensis conclusæ dictatum probet: Verbis: Also, daß bey dieser, biß auf den letzten Augenblick ungewiß verbliebener Handlung allerdings unmöglich gewesen ist, daß Ihre Kayserliche Majst. darüber mit dem gesampten Römischen Reich, nach der sonstigen Erfordernüß ordentlich sich hätten vernehmen können, obwohl, übrigens Hochgedachten Printzens Eugenii Durchl. aus dero allerhöchsten Befehl nicht unterlassen haben, mit denen vorgelegenen associirten Creyssen bey dem Werck allermeisten verwickelten, wie auch einigen anderen Churfürsten, Fürsten und Ständen, so viel es der Nähe halben, und in Eil hat geschehen können, daraus zu communiciren allermassen Ihre Kayserl. Majest. es auch mit denen an dero Hoff befindlichen Standischen Ministris nach und nach haben beobachten lassen.

XVII.

SEd quid si inter Tria Statuum Collegia in Comitiis Vota sint paria? Imperatorem; Statibus ipsis confitentibus; pondus addere, colophonem imponere & decisionem efficere, Recess. Imper. *de Anno 1544. 1545. & 1576.* satis superque probant; ubi inter alia: derhalben unser unterthänigsten Erachtens gantz ohnnötig, hierinnen auf einen und des anderen Theils Bewilligung und zu sehen, oder zu warten sonderen Euer Kayserliche Majest. als das Oberhaupt nnd Handhaber aller Ordnung und Gesätzen, auch

Beschir-

Beschirmer und Beschützer der Betrangten, haben diesfals vollkommene Macht und Gewalt zu Verhütung grösseres Unraths und besorgter Weiterung im H. Reich/ Ihr Kayserliches Ambt, zu interponiren. Secùs verò, Collegiis inter se contendentibus, nihil tunc ab Imperatore, ne ex plenitudine potestatis quidem, etsi unum Collegium ei accesserit, decidi posse, *Recess. Imp. de Anno 1548. §. 18.* satis superque evincit; E contrariò Collegiis omnibus quoque consentientibus verùm Cæsare invito nihil & tunc nunc actum videri, loca apud Cl. Coccejum *sæpe dict. Tr. Cap XX §. 39.* allegata, ubi dictorum Exceptiones ex allegatis Imperii Recessibus *de Annis 1544. §. 82. & 1555. §. 25.* simul inseruntur, ex asse docent, probantque; Insuetum quoque haud est Paribus existentibus Votis sive in *Comitiis* sive Conventibus *Deputatorum*, aliisque Casibus ut in *Visitatione* Cameræ *in Consilio supplicationum* Rem pro ulteriore rei ponderatione & maturiore pensitatione ad alia Comitia deferri. Prout hoc non tantùm in Comitiis Spirensibus Anno 1544. & Ratisbonnensibus Anno 1594. celebratis, sed etiam in Pacificatione Westvalica de Anno 1648. docent *Art. V. §. 52.* in materia collectandi factum; Verbis: *Cum res hæc in præsenti congressu decidi non potuerit, ad proxima Comitia remissa esto.* Quò etiam Recess. Ratisbon. Novissim. *de Anno 1654. §. 192.* respicit, sequentibus Verbis disponens: Wann aber bey erstgemelten ordinari-Deputation über die besagte Materien auch Sachen vorfielen, die ohne unser und der gesambten Churfürsten und Ständen Verordnung zu keinem Schluß zu bringen, so sollen dieselbe neben allen anderen, welche dießmahl wegen kürtze der Zeit völlig zu erledigen, nicht möglich gewesen, auf nechstkünfftigen Reichs-Tag außgestellet und verwiesen werden, welchen wir mit der Stände Belieben vor dießmahl, doch ohne Nachtheil und Abbruch der sämtlichen Churfürsten hergebrachten Rechtens, dero vorhergehendte Requisition und Consens zu reassumir- und continuirung des jetzigen innerhalb zweyen Jahren von dato benantlich auf den siebenzehenden May 1656. allhier wieder einzukommen, und was anjetzo hinterständig bleiben, und inzwischen etwa zu gemeiner Berathschlagung noch fürfallen möchte, fürzunehmen, und zu handlen, ꝛc.

XVIII.

REmedium commodius aliud, quomodo nimirùm in casu, ubi *Deputatorum* Vota deprehendantur Paria, decisio procuretur, Recessus Ratisbon. *de Anno 1579. §.* da dann die Sachen, ꝛc. subministrat, ibi: Solten aber Vota Paria in einer oder mehr Sachen, über versehens, fürlauffen, deren

deren man sich ja nicht vergleichen könte, da dann dasselbe ahn uns durch unser Kayserliche Commissarien gelanget, seynd wir des Gnädigsten Erbietens, unser Kayserliche Resolution zu eröffnen, und ermelten unseren Commissarien unverlängt zu fertigen lassen: Quod & olim in Regimento, etsi de eo expresse nihil sancitum quamvis istud dudum exoletum prorsusque sit abrogatum obtinuisse, eadem persuadet ratio. In Conventibus Electoralibus, qui ob illas Causas, quas Imperator solus (ut supra memoratum) expedire non potest, instituuntur, Vota illorum præponderare, remur, quibus Imperator accedit; in Circularibus Diætis, verò quando Omnium, vel quorundam Circulorum Duces congregati, paria si existant Vota nullum quidem superesse videtur decidendi medium; attamen & hic locum meliori rerum trutinationi & accuratiori inspectioni vel consultationi super fore donec inde vel Unanimitas vel Votorum pluralitas tandem eliciatur, & emergat judicamus; secus autem ubi unius Circuli Membra conveniunt; vel si inter Bellicos Consiliarios Duci Bellico adjunctos paria sint vota; ibi Ducem respectivè Circuli, vel Belli causam juxta suum accedens Votum omninò decidere posse uti supra *Thes. XIV.* allegatum, haud addubitamus. Atque hæc Paucula sunt, Lector Benevole & Candide, quæ circa divitem hanc Materiam, Minerva rudi breviter strictimque proponere animus fuit. TIBI SOLI, ô Æterne DEUS GRATES pro innumeris Tuis Beneficiis NOBIS Benignissime exhibitis, sint æternæ! Et ut Studia Ulteriora Nostra tui solius Sanctissimo Nomini volumus consecrata, ita GLORIA TUA in Excelsis ultimatus omnium Actionum Nostrarum est, eritque

F I N I S.

COROLLARIA.

I.

PRinceps Nobiles Vasallos, mit Jagdten, investiens, Venationem & capturam ferarum minorum tantùm, non etiam Majorum, des roth- und schwartzen Wildes, Æquè ac Regalibus simpliciter concessis, non nisi minora, non Majora concessisse creditur Cl. Præsid. in Notis ad Dn. Strickii Examen Jur. Feudal. Cap. IX. quæst. 26. deducente.

II.

Fœmina liberam rerum suarum administrationem habens, Feudum, per Rationes à Cl. Dn. Præside in dictis Notis suis ad Dn. Strickii Examen Jur. Feudal. Cap. V. qu. 23. & 24. allegatas, indistinctè concedere potest.

III.

III.

Et Pater Filio in Feudo, mortalitatis ordine fortean inverso, non obstante *I. Feud. 13. & 2. Feud. 50.* succedit quo de conferant. Cl. Dn. Præsidis Notæ in Dn. Stryckii Examen Juris Feudalis Cap. XVI. qu. 2. 3. 4. & 5.

IV.

Insinuationem Testamenti coram Camera Domaniorum, ob deficientem jurisdictionem non subsistere, existimamus.

V.

In controversiis de possessione aut rei proprietate, non tantùm locus *rei sitæ*, sed & *Domicilii Rei* forum tribuit.

VI.

Legatum Testamento relictum in monetâ, juxtà valorem, tempore, non Testatoris mortis, sed conditi Testamenti est exsolvendum.

XXVIII.

DISSERTATIO DE HODIERNA AUTORITATE ET RECIPROCA JURIS CIVILIS ET STATUUM IMPERII POTESTATE

Pro Licentia defensa à

GEORGIO HENRICO WILLIO Spirensi.

HEIDELBERGÆ, 1710.

I. N. 7.

PARS PRIMA.

CAPUT I.

§. I.

DE Autoritate Juris Romani Scripturus, operæ pretium duxi initii loco ipsius Excellentiam breviter præmittere, ejusdemque dignitatem, si non in totum, tamen in tantum, fugitivo saltem aspicere oculo, dum eam ad amussim demonstrare, angustia harum pagellarum non permittet.